

BIBLIOTHECA

JURIS

CANONICO-CIVILIS

PRACTICA,

SEU

REPERTORIUM

QUESTIONUM MAGIS PRACTICARUM

IN UTROQUE JURE ETIAM ANIMÆ,

OMNIBUS PRACTICANTIBUS IN UTROQUE FORO,

Ac curam animarum exercentibus apprimè utile,

Concinnatum labore ac operâ

FRANCISCI ANTONII BEGNUDELLII BASSI.

Tridentini SS. Theol. Doctoris, Cathedralis Ecclesiæ Frisingensis Canonici Capitularis

et S. Scholastici, nec non Celsiff. & Rev.^m DD. JOANNIS FRANCISCI Episcopi ac S. R. L.

Præcipis Frisingæ Vicarii Generalis, Officialis ac Consilarii Ecclesiastici.

TOMUS PRIMUS.

EDITIO NOVISSIMA AUCTIONIOR ET EMENDATIOR.



COLONIÆ ALLOBROGUM.

Sumptibus **FRATrum DE TOURNES.**

M. DCC. XLVII.

*Sanctissimæ, Augustissimæ, Gloriosissimæ
Cæli, Terrarumque*

**REGINÆ,
VIRGINI VIRGINUM PRIMICERIE
DEI GENITRICI DIGNISSIMÆ,**

**MARIÆ,
SPECULO JUSTITIÆ
IMMACULATO,**

**ADVOCATÆ PECCATORUM,
POTENTISSIMÆ,
PIENTISSIMÆ,**

**TUTELARI, PATRONÆ
SUPERAMABILISSIMÆ,
SUPERBENEDICTÆ.**



BIBLIOPOLÆ

A D

LECTOREM,

Super hęc ultimã Editione.



Uanti sit valoris hęc quam tibi recens excusam offerimus, Reverendissimi admodum & Illustrissimi Viri D. D. *Francisci Antonii* BEGNU-DELLII *Bibliotheca Juris Canonico-Civilis Practica*, vel ipse, LECTOR BENEVOLE, judicaveris, qui justus æstimator meriti, res æquã librã perpendens, illius pretium noveris. Cùm igitur nihil laudis huic fat per se commendato operi addere posset suscipiendum de illo encomium, in ipso limine subsedemus, ne temerè audaces, fortunã non juvante, votis impar cedat exitus, néve nostrum magis, quàm alienum laudare incusemur.

Hoc etenim monitum te volumus, LECTOR AMICE, nos scilicet hęc aliquid benè de te præsertim ex eo meritos esse, quòd hanc novissimam Editionem non cæteris emendatiorem modò sis experturus, sed & multò auctiorem; utpote quæ innumeris dispersis per universum Opus additamentis, ordine suo concinnatis, ad rem apprimè facientibus, & à peritissimis in Jure Viris, ex melioris etiam nominis Auctoris, *Tuscho* nempe, *Sabello* & aliis prudenter excerptis, accuratè selectis, & optimè digestis ditata prodeat; quæ quidem ut legenti cuique patefierent, etiam si suis inserta locis, nota hęc ¶ in materiã, æquè ac in Elencho Quæstionum cujuslibet Tomi, atque etiam in copiosissimo totius Operis Indice Generali appolita, his secernendis potissimùm inserviet. Jam verò suscepti in gratiam tuam pensi, navatæque in spem & cum animo tibi obsequendi operæ non pœnitebit, si tibi gratus acceptusque evaserit noster hic labor; Quo frueri, & Vale.

AUTHOR



AUTHOR LECTORI.



UM forensium aut judicialium causarum, munerumque publicorum exercitationem, si non impossibilem, certe difficillimam quilibet experiri debeat, sine præviâ Doctorum, tum Theologorum, cum materias Juris Canonici, ac Civilis tractantium notitiâ, ideo, ut facilius bono publico inservire possem, quamprimum me ad munera publica vocatum, aut vocandum comperi, protinus pro viribus insudare cœpi, ut ex prædictis Doctores mixtum aliquod *Repertorium* pro commoditate meâ mihi formarem. Quod postea visum ab Amicis, ut publicæ luci traderem pluries sollicitatus, sæpe vix non invitatus precibus acquievi, sæpius renui. Prævaluerunt tamen diversæ, & iteratæ Amicorum instantiæ, quibus compulsus consensum dedi, ut ille meus qualis qualis labor in lucem prodiret, ratus, parvulo libello hunc comprehendi posse: dum autem citrà opinionem meam animadvertissem uno aut altero Tomo contentum non esse, ab incepto opere non semel desistere cogitaveram, & hoc vel maximè, cum ob angustiam temporis, & continua negotia publica, ita ut mihi ipsi idem semper esse non potuerim, in tantâ controversiarum copiâ, me ad omnia intentum esse non posse, præviderim. Prævaluerunt tamen, ut dixi, Amicorum instantiæ. Accipe proinde, **BENIGNE LECTOR**, eundem bono animo, & amicis lege oculis: & si videbis me non omnia discussa tradidisse, scias intentionem meam non fuisse tractatum aliquem formare, in quo methodicè materias, ac Quæstiones discuterem, sed, ut dixi, solum *Repertorium* aliquod. Hinc mentem, & sententiam meam non in omnibus interposui, sed solum opiniones Doctorem rectuli pro contingentia casuum, & circumstantiarum qualitates postea melius discutendas: Nec mihi parum profuit; proderit proinde fortè & tibi **BENIGNE LECTOR**: facile enim est bonas opiniones à malis discernere, quando authores desideratas materias tractantes inveniri possunt. Doctores in hoc opere citatos quos ad manus habui, quantum licuit, in fonte videre volui: si tamen ab aliquibus malè relatos, aut aliàs aliquid superfluum, sæpius repetitum, aut omissum inveneris, candore judicium tuum supple, & Vale.

Approbatio Ordinarii.

Praesens Opus Canonicum, quod inscribitur *Bibliotheca Canonico-Civili Practica* à Reverendissimo D. *Francisco Antonio* BEGNOVELLO BASSO Sacrosanctae Theologiae Doctore, Cathedralis Ecclesiae Frisingensis Canonico, in Spiritualibus Vicario Generali, Officiali, & Scholastico, summo studio & diligentia congestum, & elaboratum, à Theologis lectum & approbatum, jussu & nomine Reverendissimi & Celsissimi D. D. JOANNIS FRANCISCI, Episcopi Frisingensis, S. R. I. Principis, &c. à me visum praelo, & publicâ luce dignissimum censeo, & ideo, ut imprimi possit, licentiam impertior

Ex Commissione Rev.^{mi}. & Celsiff. Episcopi
Frising. S. R. I. Principis &c. &c.

Frisingae die 17. Junii 1709.

Joannes Reischl S. S. Theol. Doct.
Celsif. ac Rev.^{mi} Principis & Episc.
Frising. Consiliarius Ecclesiasticus,
ad S. Virum Canonicus.



BIBLIOTHECA JURIS CANONICO-CIVILIS.

A B B A S.

§. I.

Abbas Electio.



ABBATIS electio, cum regulariter non possit fieri per sortem. *cap. Ecclesia vestra de sortileg. Theologi & Canonice apud Binsfeld de consuet. malef. lib. 9. fol. mibi 502.* quia verissimum est illud Taciti *lib. 4. annal. toris & urna motes non discerni*, & ideo suffragia senatus inventa, ut in cujusque famam vitare que perirent. *vide Pallerin. de elect. cap. 1. q. 1. & 4. & infra in verbo Electio.* ideo

1 Debet fieri inspiratione Spiritus sancti, que regulariter adest in electione; quia de fide est illud Evangelii: *ubiunque duo vel tres fuerint in nomine meo congregati, sum in medio eorum.*

2 Limitata, cum alia via non suppeteret dirimendi litem, & alia esset utriusque paritas meritum; dominodo terventur illa, que fuerunt servata in electione sancti Matthei. Ita Turrecrom. *in cap. quid autem 26. q. 2. Armilla in verbis fors.*

3 Hodie tamen in electione debet servari forma *cap. quia propter de Elect.* aliter est nulla, non obstante quacumque consuetudine contraria. Riccius *in prax. elect. p. 4. resol. 29.* apud quem Bota, Abb. *in dicto cap. quia propter.* Suarez de Religio. *tracl. 3. lib. 2. cap. 12.* Quia consuetudo, nisi concurrat scientia Pontificia, & expressus ejusdem consensus, etiamsi sit immemorabilis, contra sacros Canones vel leges Pontificias non valet. Archidiaz. *in cap. cum de beneficio de preb. in 6. ubi Franch. Salus de Legib. d. 19. S. Antonius in summa p. 1. tit. 16. Rot. apud Veral. decis. 209.* Etiam lex inferioris non potest tollere legem superioris iuxta DD. apud Sperel. *decis. 133.* & quod non sufficiat tacitus contentus, patet, quia multa tolerantur per patientiam & dissimulationem, que alia non tolerarentur, ad majus scandalum tollendum & vitandum. *cap. cum jam dudum de preb. Cravet. cons. 96. Rot. apud Sperel. loc. cit. tum quis neque Imperator suis legibus potest prejudicare Juno Canonico. Abb. in cap. inter alia de Imman. Eccles. cap. solim de major. & obedient. cap. 1. de constit. Covar. pract. quest. cap.*

31. maxime post Concil. Trid. *sess. 25. Sperel. decis. 182. Diana p. 6. tracl. 5. res. 16. Lessius apud Sobat. de impedim. matrim. cas. 1. n. 30. de qua locuta cap. Quia propter. vide etiam infra in verbo Electio litt. E.*

Electiorem ergo duo canonizant, subsistentis 5 consensus, & forma prescripta *in cap. quia propter*, non obstante consuetudine in contrarium: quia illud habet decretum irritans, vigore cujus irritatur omne factum in contrarium. *Covar. p. 4. cap. 6. §. 10. & alii apud Sperel. decis. 161. n. 10. leg. & tale decretum irritans, inducit formam substitutionem, qua non servata, censuit totus actus, licet debeat in minima parte. Unde unicum votum publicum irritaret totam electionem, nisi illud fuisset datum dolore, ad impediendum actum, ne fraud vel dolus alicui patrocinetur. Quod si Mortuus alicui offenderet suum votum, non vitaretur per hoc electio, nisi tali modo esset causa, quod aliqua persona determinata eligeretur. Vide Sperel. *loc. cit.* vide etiam Garzum de benef. *part. 5. cap. 4. ubi docet praxim electionis. Barol. de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 19. Ricc. in prax. elect. p. 4. res. 29.* ob non servatam tamen formam, Electores non sunt privati ipso jure, sed debent procedere ad aliam electionem. *Tulc. Litt. E. concl. 71. Ric. lac. c. res. 41.**

Ante electionem debent vocari omnes Capituli 6 res absentes, alias ad illorum instigationem & petitionem esset annullanda. Riccius *in prax. elect. resol. 45.* Nisi essent notorie inhabiles, taliter, ut nulla tergiveratione dicta inhabilitas elari posset. In dubio vero, an citandi sint inhabiles vel non, sint citandi sub protestatione. *Abb. & Butt. in cap. Cumana de elect. Riccius l. c. resol. 46. vide etiam Tulc. Litt. E. concl. 967.*

Præterea electio debet esse libera, ita ut non 7 fuerit restricta ad aliquam determinatam personam, aut excluda certa persona: unde si presidens electioni Abbatis Sec. mandavit scrutatoribus, ne recipere suffragia pro certis & determinatis personis, talis electio erit nulla, quia non fuit libera. *Riccus l. c. resol. 30. qui testatur ita fuisse declaratum a S. Congregat. vide etiam infra in verbo Electio litt. E.*

Præterea debet esse etiam libera ita, ut nullus 8 in ea interveniat Laicus, nisi interveniat pro bono pacis, & ad eligendum protectionem. *cap. ubi presulum. & ibi DD. de elect. in 6. cap. Alessana.*